

parva Sala, duobus mansis in Wichawe, hominibus omnibus pertinentibus ad ius et proprietatem beati Georgii, duobus mansis in Gustiz, in Zurbowe allodium de xv mansis, ibidem de aliis bonis xliiii mansi et dimidius, in Copzene xv mansi, in Zemesin vii mansi, in Kitsin xviii mansi et dimidius et unum molendinum, allodium in Kitsin et Zemesin, cum xv mansis et generaliter, quicquid iuris a nobis pincerna habuit et nos a domino 5 episcopo in hominibus et bonis beati Georgii citra Salam in episcopatu Nuenburgensi sitis cum omni onere, honore, iurisdictione, coercione^e), districtu in perpetuum ecclesie beati Georgii concedimus quiete et pacifice possidendum. Tantam autem libertatem bonis concedimus pretaxatis, ut nullus nostrorum officialium, villicorum aut aliorum curialium unquam aliquid iuris sibi in eis vindicare presumat, sed ab omni petitione et exactione 10 libera sint et absoluta. Ut autem hec nostra traditio inconvulsa et illibata maneat in perpetuum, sigillo domini nostri Nuenburgensis episcopi et nostro nec non fidelis nostri pincerne eam duximus roborandam. Nulli igitur hominum fas sit hanc nostre traditionis paginam infringere aut ei ausu temerario contraire. Datum anno dominice incarnationis m. cc. xxi. v., indictione xiii. Testes huius rei sunt: Ekkehardus Marsburgensis episcopus. 15 Everwinus abbas de Burgelino. Gerlagus Nuenburgensis maior prepositus. Ludewicus eiusdem ecclesie custos. Hademarus cellerarius. Gumbertus, Tymo, magister Luderus Nuenburgenses canonici. Sifridus, Heidenricus Misnenses canonici. Hugo de Louede, Burchardus de Priszetz, Richardus de Lubiniz parrochiani. Layci nobiles: Hartmannus [et]^d) Hermannus de Louediburch. Meinherus burchgravius de Misne. Hermannus frater 20 suus burchgravius de Novo Castro. Hartmannus de Saleburch. Theodericus senior burchgravius de Kireberch. Theodericus iunior burchgravius nepos eius. Heidenricus de Zaggenberch. Thudo de Domo. Heinrichus de Kotsowe. Ministeriales: Volemarus de Kamburch. Hermannus frater suus de Indagine. Wernerus de Wirehhusen. Henricus villicus ecclesie sancti Georgii. Walterus de Glizberch. Rudolfus de Bunowe. Vol- 25 quinus marscalcus de Sillesin. Reinhardus de Novo Castro. Bodo, Hermannus frater suus de Schoneberch. Albertus de Grobiz. Gunterus et Bertoldus de Schoneberch. Euerherus de Wizense.

(SFR.)

(SD.)

(S.)

345.

30

Landgraf Ludwig IV. schenkt mit Zustimmung seiner Mutter Sophie, seiner Gemahlin Elisabeth, seiner Brüder Heinrich Raspe und Konrad, sowie seiner Miterben, dem Kloster Ichtershausen Ländereien in Richnordhausen.
Neuenburg, 1225 Nov. 6.

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Magdeburg. Das S. verloren. Die Lücken des stark vermoderten Originals ergänzt nach Kop. Perg. 32, fol. 4. (Sacc. XIV ex.) Hauptstaatsarchiv Dresden.

Gedr.: Rein, Thuringia sacra 1,79 (unvollständig).

35

[In nomi]ne sanctę et individuę trinitatis. Lvdewicus [dei gracia Thuringie lantgravius et Saxonie comes palat]inus universis Christi fidelibus tam futu[r]is quam

344. c) coercione auf Rasur. d) fehlt Or.